1516º d. 27. Mar.

12

# Sigismundus Primus Rex Poloniæ Cæsari Maximiliano.

Serenmê et Excellentmê Princeps et Dne Frater et Consanguinee Noster Chariss^me Intelleximus ex Literis Oratoris Nostri, qui nunc Budæ agit, Serenmũ Dominũ Vladi=slaum Hungariæ et Bohemiæ Regem Fra=trem Germanum Nostrũ amantissimũ, die Veneris proxime ante Palmas, ab humanis 13 Martii Ergo Pascha d. 22. Martii concessisse, quod triste et acerbum Nuntiũ eô nos majori dolore affecit, quod et unicum jam Illum Fratrem, etiam Parentis locô habuimus, et vulnus hoc animi, alio nondũ ivalitô recepimus, et licet visis tot tristissi=mis, Parentum, Fratrum, et aliorum Casũ nostrorum funeribus, mens jam occaluisse deberet, incredibile tamen dictu est, quanto in mœrore simus constituti, Idque partim jacturâ Conjunctionis, et amoris Nostri Fra=terni, partim infanciâ Dulcissimi Nepo=tis Nostri, Domini Regis Ludovici, qui ad=huc longiorem Illius vitam maxime requirebat.

Proinde utam

1516 a 27 Mar. —

Proinde utcunque, non dubitamus Vestræ Cæsareæ Mti, jam mortem ipsam, concor:dissimi Fratris Nostri, innotuisse, tamen Illi pro Nostra observantiâ, et spe singulari quam de Illa concepimus hunc acerbu[m] even:tum et dolorem Nostrum significandum duximus, Rogantes plurimum Sacram Mtem Vestram, velit unâ nobiscum ubi opus esset Eidem suavissimo Nepoti Nostro, Regnisq[ue] Ipsius adesse patrocinio et favore suö, Ipsu[m]:què loco Filij habere, et gratiâ ac amo:re suö complecti, dignetur. Quod nos unâ cum eo, Regnisquè Nostris communibus Vestræ Celsitudini, omni officiö, et studiö noströ demerebimur. Quam valere fæli:cissimè desideramus, eidemquè nos quàm diligentissimè commendamus — Datt:[um] Vilnæ Die vigesima Septima mensis Martij. Anno Domini, Millesimo Quin:gentesimo Decimo Sexto —

73 Marz
Sigm. Poln.
a. 22. Martii